A deo creatus est a quo & tu eo precio redemp
tus est a quo & tu tantum uales quantum ua
les; Unum instrumentum de hoc factum est;
euuangelium. Instrumentum est ibi omnes ep
tu sum ibi ille ubi tu quia seruus sum. Ins
trumentum est quia filius sum testamentum est;
Ipsum adtende conseruum multum est adten
de; Infirmos oculos habes inueni solem
lucernam uide; Sicut enim discipulis dixit dominus;
Nemo accendit lucernam & ponit ea sub mo
dio sed supra candelabrum ut luceat om
nibus qui in domo sunt; Sic luceat lumen
uestrum coram hominibus; Ecce lucet lumen
stephani ut uideant omnes qui in domo sunt;
Candelabrum crux christi est; In isto cande
labro lucebat etiam ille qui prius in illa
lapidacione sancti stephani uestimenta omni
um lapidancium seruabat; De saulo
paulus de lupo agnus; Paulus est agnus;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_216/0082